



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Stimvlvs Compvnctionis, Et Soliloqvia

Juan <de Jesús María>

Coloniae, 1611

De infœlicitate præsentis vitæ. Cap. 1.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45624

et liberem te de seruitute durissima, &
eleuem ad statum filiorum Dei , inter
quos frueris formosissima luce mea.



SOLILOQVIA.

De infœlicitate præsentis vita.

CAP. I.

Imisi infœlix est vita præsens
filiorum Adæ , quos pecca-
tum expulit cum patre suo à
paradiso voluptatis , quem
plantauit dulcissimus Deus, vt ibi homò,
si vellet fœliciter viueret ! Quid faciam
infœlix homo operator terræ spinas , &
tribulos germinantis ? Quò me vertam
exul iam procul habitans à charissima
patria mea ? Contemplor præsen-
tem vitam plenam misericordie , & tene-
brarum , quæ Inferno contigua esse
videtur ; & tædet animam meam vi-
tae meæ tædio quodam penè intole-
rabilis. Ego transco per locum horroris , &

vastæ solitudinis, vbi non est charitatis
habitatio; & idcirco timor, & tremor ve-
nerunt super me, & contexerunt me te-
nebræ. Certe nox est vita hæc, in qua nō
valeo intueri lucem candidissimam, quæ
perdidit insipiens Adam pater meus. Væ
mihi, quem operuit caligo culpæ? Quis
cum difficultate, & anxietate multa am-
bulo ad lumen fidei, quæ quasi lucerna
lucet in caliginoso loco, donec dies illu-
gescat, & lucifer, qui nescit occasum, ori-
atur in corde meo. O terra sterilis, & val-
lis lachrymarum, è qua suspiro ad mon-
tem Dei, montem scilicet pinguem, cuius
pinguedine repleatur anima mea. Utinā
elementissime Deus, adeò dispiceant mi-
hi vincula culparum & poenarum, qui
bus hæc vita nimis ligatur, ut quasi pere-
grinus non satis fidens habitatoribus ter-
ræ, & expoliari timens, transcam celeri-
ter per ignem, & aquam in optatissimum
cæli refrigerium! Non enim expedit mi-
hi multum immorari in terra inimicorum,
neque fas est dum ascendere curo ad ex-
celsam terram æternæ promissionis, ini-
re fœdus cum regibus Amorrhæis, qui o-
derunt regionem viuorum, & insidiatus
saluti meæ. Quæ communicatio luci ad
tenebras, aut quæ pars mihi inter filios

Agar

Agar qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est? Quid mihi cum mercatoribus Madianitis, & cum Tyro, atque Sidone, vbi pro modico fragmento panis vendūtur iura primogenitorum ciuium suauissimæ Ierusalem, vbi vellem recondere thesauros meos? Nonne sanius consiliū est, fugere commercia negotiatorum, qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis, & querere firmam stationem littoris, vbi non timētur fluctus maris? Profecto vitæ hæc, continuâ quædam procella est, cuius vnde nunc ascendunt usque ad abyssos; quibus alternationibus anima mea tabescit. Timores, iræ, tristitia, discordia, ambitiones, cupiditates innumerabiles, cum alijs perturbationibus absque numero, quid aliud sunt, quam mare magnum, & spatiōsum manibus, vbi sunt reptilia, quorum non est numerus? Expedit ergo mihi oddisse vitam hanc, quæ creat mihi tot pericula horribilia, & querere vitam meliore vbi non sit pereundi formido. Propter hoc ô fili Dei Altissimi futuram ciuitatem inquiram, & suspirabo ad solidiorē terram, ad mansuetorum nempe & humilium hæreditatem; ut tu sis tota portio mea, dulcissime Deus cordis mei.

Agar

F 5

De

